



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac  
Maxime Illustrium**

**Brusch, Kaspar**

**Nürnberg, 1682**

Benevolo Lectori Felicitatem!

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38166**

# BENEVOLO LECTORI FELICITATEM!

**E**N Tibi diu desideratum , ac in tenebris latitatem , Bruschii , de MONASTERIIS GERMANIAE CHRONOLOGIAM , quam quondam gloriosissimæ memoriæ Imperator Ferdinandus , &c. gratiose privilegio munire voluit . Ex Ingolstadiensi editione denuò typis exscriptum Tibi hunc exhibemus Thesaurum ; licet in forma minori ; quo in nihil immutatum deprehendes , ut ut per multa censoria fuissent notanda virgula , si quidem falcem in hanc mittere messem , propositum fuissent . Cùm ad rerum Germanicarum

rum notitiam hæc historia Monasteriorum re-  
censio pertineat ; quare eo saltem fine edi-  
tam esse , perswasum habeas , ut nempe exinde  
peti possint , quæ superiorum temporum , Ec-  
clesiarum Germanicarum Historiæ , nec non  
illustribus familiis lucem adferre queant .  
Quod si Tibi & cetera Bruschii grata erunt ,  
omnem movebo lapidem , ut Deo Opt. Max.  
adjuvante , opus de Episcopatibus proximè  
lucem adspiciat . Vale & fave his conati-  
bus , quisquis antiqua Germanicarum rerum  
monumenta in pretio habes .

SER E.